



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

227. An vir, qui post sententiam diuortij latam adulterium commisit,  
teneatur reconciliari cum vxore nocenti dimissa? Et notatur, quòd quando  
res est integra ex parte innocentis, eo quòd iam statum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Sop hoc inf  
in Ref. 232.  
§. 2. & lege  
etiam alium  
§ eius an-  
not.

§. 1. **C**um ex adulterio publico oriatur diuortium, ex cap. significasti de diuort. & Doctoribus citandis, respondeo, & afferro prius, adulteram in nostro calu posse ingredi Religionem & in illa profiteri, si prius praecedat coniugis innocentis licentia, inquit poterit sufficere, si id sciat innocens, nec contradicat cum possit. Ratio est, quia hoc pacto satius videatur data licentia, & scienti ac volenti nulla sit iniuria. Vnde obseruat Doctores individualiter pro casu nostro, quod si vxor sententia lata a Iudice seculari de eius adulterio, vel illo notorio existente, detrudatur in monasterio pénitentiam actura, si intra biennium illius reclusionis non illam repeatat vir, poterit Religionem profiteri: ea enim repetitionis omissione censetur, Iure sic disponente, confentire ingressui: habetur Aut, sed hodie, Cod. ad leg. Ind. de adulterio, cuius decisio Iure Canonico revocata non est, ut teste aduertit Abbas cap. gaudemus de diuort. n. 7. Hostiensis lib. n. 3. Ioan. Andreas n. 3. Anchiaranus n. 2. Basil. Ponce lib. 9. c. 19 n. 3. Sanch. li. 10. diff. 10. n. 8.

Sup. conten-  
to in hoc §.  
in Ref. not.  
piscerita, §.  
De ipso.

2. Afferro secundum, ut supradicta adultera profiteatur in Religionem, non esse necessarium, ut innocens etiam ad Religionem transeat, vel votum castitatis emitat; sed posse manere in seculo ablique velo voto. Probatur, quia id aperte constat ex capit. Agathofa 27. q. 2. vbi deciditur coniugem ingressum in Religionem, vxore manente in seculo ablique voto restituendum esse vxori, nisi mulier fornicata sit. Vnde texrus prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in seculo manente, saltem ablique castitatis voto, ut cap. sane, cap. cum sis, cap. significant. de conuers. coniug. loquuntur vbi matrimonium integrum, & illatum perseverat, secus vbi est diuortium. Et ratio est aperta, quia cum innocens liber sit iugo debiti coniugalis, potest independenter ab illa mutatione status adulterii ad Religionem, vel ad Ordines transire. At si id non posset ita liberè adulterer, certe proueniret ob fauorem innocentis, ne videlicet iuri reconciliandi, quod habet derogatur: ergo renunciante innocentie huic fauori, poterit nocens ita liberè transit ad ordines, vel ad Religionem ut ipse innocens. Quinimmo neque ingrediente innocentie in Religionem: astringitur nocens ad illius ingressum, ut bene aduertit Sotus in 4. diff. 36. q. vniq. art. 5. ad 3. Layman lib. 5. sum. tr. 103. part. cap. 7. n. 12. Coninch diff. 35. dub. 5. init. concl. 1. Quia texrus in cap. sanò, cap. cum sis, cap. significauit, de conuers. coniug. exigentes mutuum coniugem ingressum, intelliguntur, cum matrimonij iura integra, & illæsa sunt; secus verò quando ob diuortium sunt diminuta. Et hec omnia præter Doctores citatos tenet Castrus Palaus tom. 5. diff. 3. punct. 6. §. 7. n. 2. & 4. Martinus Perez de matrim. diff. 56. sect. 7. num. 3. & seq. Hurtadus diff. 11. diff. 8. & alij penes ipsos.

### R E S O L . C C X X V I I .

*An vir qui post sententiam latam diuortii adulterium commisit, teneatur conciliari cum uxore nocenti dimissa?*

Et notatur, quod quando res est integra ex parte innocentis, eo quod iam statum mutauit factua professio, vel Sacris initiatu, manifestum est nullum supervenienti ius innocentis ad reconciliandum adulterum. Patet, quia assumptus statu immutabilem, sequitur tradidit Religionem per professionem, vel Ecclesie per Ordines ad sacra ministria; unde non potest ad coniugem redire, neque ab statu presenti resilire; & idem cum statu alienum, omnes a se ius matrimonij abdicavit. Quod si coniux innocens sit nouitius tantum, vel solum in minoribus constitutus, potest adhuc reconciliari, habet enim ius iustitia ad coniugem nocentem, & illud ius nondum impeditum est ab alio iustitia iure, quale habet Religio.

*Idem est, si tantum impeditur voto simplici extra Religionem tamem, quod potest redire ad suam coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat periculo violandi votum, tenebiturque reddere debitum, sed non exigere.*

*Et quando eterque coniux est adulter, & unus ex eis*

*vitan emendauit, alter vero minime, licet ea em-  
agi emendato petere diuortium? Ex patr. q. 10. & Milc. 3. Ref. 39.*

§. 1. **N** Egatiuam sententiam tener Rebellois lib. 10. cap. 30. & seq. & alij penes ipsum patrem affirmant, quia sententia tuentem, Probatur haec opinio, quia sententia diuortij iuste celebratur, translatum in tem indicatam in fauorem innocentis, & in odiu adulteri, sive quia in pœnam, & supplicium eius: ergo ab illo time sententia diuortij declarata manet innocens omnino liber ab obligatione reddendi debitum adulteri, & cohabitandi cum illa; & ideo tecum dixit Durandus in 4. diff. 39. quaf. 2. Ledsma de mar. quaf. 6. art. 6. post latam diuortij sententiam posse coniugem innocentem ad Religionem transire, via eaque adultero inconsulto, in modo invenit profici: igitur semel diuortio legitime celebratur, nullum deinceps manet ius apud adulterum repetendi innocentem, etiam si innocens post sententiam diuortij fornicetur. Confirmatur: post sententiam diuortij coniugii innocentis non est coniux adulteri, quantum ad thorum, & cohabitationem: nam diuortio diluit matrimonium, eti non quoad vinculum, quoad thorom tamem, & cohabitationem, & utrum ab adultero ius quod habebat in corpus innocentem, ergo coniux innocentis admitemit fornicationem, post sententiam diuortij, nullum iuris fert iniuriam coniugii adultero, quia ob hanc factam ius omne quod habebat erga personam innocentis, amittit. Et in hac sententiam probat, & sequitur Texeda tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 13. num. 41. contra Molinam.

2. Sed ego existimo sententiam Molinam affirmant, esse probabilem, quam sequitur nomine Pater Martinus Perez de matrim. diff. 6. fid. 8. art. 6. Prapositus in 3. part. quaf. 5. de diff. matrim. dub. 1. num. 10. Hurtadus diff. 11. diff. 5. num. 11. Pontius de matrim. lib. 9. cap. 20. Coninch diff. 35. dub. 2. art. 3. & alij relati à Sanchez n. 27. Dico igitur in eas de quo loquimur, non solum ex iudicio officio, sed ad petitionem partis cogendum esse innocentem, postmodum nocentem, nonnullum dimissu reconciliari obligatoque esse in conscientia hanc praestare reconciliationem, qualibet volente. Et ratio est manifesta, quia sententia diuortij ob adulterium ab altero coniuge communissum, non concedit innocentem ius ab eo diuertendi, sed ius quod ex adulterio acquiruit, declarat, ut ex publice vti possit. At ius quod ex adulterio innocentem acquiritur, est dum innocens est: ergo facto nocente ceſſat prædictum ius, ac prouide obligatus est reconciliari, sicut obligaretur si adulterium commisisset ante sententiam latam. Et hanc sententiam præter Doctores citatos docet etiam Caſtrus Palaus tom. 5. diff. 3. punct. 6. §. 6. num. 11, qui responder ad omnia argumenta que pro negativa sententia adducit Sanchez. cuius tamem opinionem latas probabilem esse existimo.

3. Notandum est hic, quod quando res non est integra ex parte innocentis, eo quod iam statu mutauit, factua professio, vt factus initiatus, manifestum est, nullum superesse ius innocentis ad reconciliandum adulterum. Patet, quia assumptus statu immutabilem, sequitur tradidit Religionem per professionem, vel Ecclesie per Ordines ad sacra ministria; unde non potest ad coniugem redire, neque ab statu presenti resilire; & idem cum statu alienum, omnes a se ius matrimonij abdicavit. Quod si coniux innocens sit nouitius tantum, vel solum in minoribus constitutus, potest adhuc reconciliari, habet enim ius iustitia ad coniugem nocentem, & illud ius nondum impeditum est ab alio iustitia iure, quale habet Religio.

gio in professum, vel Ecclesia in factis initiatum,  
 Sup. hoc, & seq. in hoc  
 §. 1. in Ref.  
 224. lege  
 doctrinā §.  
 Secundo no-  
 ra, & pro  
 parte in Ref.  
 220. §. vlt.

Idem est, si tantum impeditur voto simpli, extra Religionem tamen, potest quidem redire ad suum coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat pericolo violandi, tenebiturque reddere, sed non exegere. Ita Perez *et al.* 6.n.3, & alij. Quod tamen, & recte limitat Palauus *nun.* 13, si sacros Ordines, vel Religionem suscepisset, antequam sententia transiret in rem iudicatam; quia eo casu illegitimè Ordo, & Religio suscipitur, ideoque coniugi non planè dimisso præjudicare nequit.

4. Notandum est etiam hic obiter, difficultatem adesse inter Doctores, an quando verique coniux est adulter, & virus ex eis vita emendavit, alter vero minimè, licetne coniugi emendato petere diuortium? In qua difficultate afflatus Sanchez *lib. 10. de matr. disp. 7.n.4.* coniugem emendatum recte, & iustè posse ab adultero in fornicatione sua perseverante redere, atque cum illo diuortium celebrare, etiam si nulla inter eos præcesserit reconciliatio, dummodo eō-iuxta perseverans in sua fornicatione, per coniugem emendatum fuerit admontus. Sed Texeda *vbi supra n. 65.* contrarium docet: censet enim admontum ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblatas, sed non acceptata, nō cessisse iuri diuertendum, quod ex alterius adulterio acquisuerat; quia icto, & quae nocens sit, ac petens reconciliationem, id solū probat non posse alterū acculare de delicto sibi non remissi, non tamen probat cessisse iuri diuertendum. His tamennon obstantibus sententiam Sanchez, puto suis probabilem, quam etiam sequitur Laym. *lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 7.n.14.* & Coninch *disp. 35. dub. 2.n.17.* licet cum Texeda sentiat Pontius *de matr. lib. 10. c. 17. in fin.* & Hurtadus *disp. 11. diff. 3. n. 10.*

### RESOL. CCXXVIII.

*An copula sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissum, pariat instantem causam diuortij?*  
*Et quid est dicendum de acta bestialitatis, & brutalitatis?*  
*Et assertar dari veram diuortij causam marito, cum cuius vxore aliis pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente.*  
*Et an oscula, amplexus, & tactus habita ab uxore cum viro alieno sint causa diuortij?* Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 37.

§. 1. Pro negativa sententia Texada. *in Theol. mor. Tom. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 14.* adducit Sanchez, Layman, & Filluciū, contra quos tamen actriter inuehitur opinioni affirmatiæ adhærendo, quia per illum concubitus, si sit habitus ex parte feminæ cum alieno viro, nimis male tractatur matrimoniu, fidesque in illo promissa frangitur, maritus etiā manet maximè dedecoratus, & per hoc ignominia affectus: ergo ex eo quod per illam adulterinam copulam sodomiticæ, siue non naturalem non decidatur vas intra semen, coniux innocens non amittit ius petendi diuortium ob maximum dedecus, & iniuriam ex ea copula illi illatam. Secundò, quia vbi reperitur verum adulterium, reperitur vera causa diuortij; sed tunc per illam copulam omittitur verum adulterium, cum thalamus sit violatus, & viro innocentia iniuria data: ergo est vera causa diuortij. Probatur maior, quia verum adulterium ex quo matrimoniu effectu in iuriorum, reperitur in accessu carnali viuis coniugis cum alieno, sed ibi reperitur accessus carnalis viuis coniugii cum alieno: ergo, &c. Confirmatur, quia ibi reperitur violatio alieni thor, que tribuit causam adulterij. Tertiò, quia teste Sanchez *tom. 3. de matr. lib. 10. disp. 4.n.13.* oscula, amplexus, & tactus habita ab uxore cum alieno viro sunt causa diuortij, si ea contingant cum talibus cit-

Sup. hoc in  
in Ref. 230.  
T. 1. I.

cumstantiis loci, & temporis, ex quibus proberet adulterium, sed adulterinus congregellus, siue sodomiticus, siue naturalis habitus à femina coniugata cum alieno viro cum vasis penetratione, siue naturalis, siue innaturalis, etiam si sit sine semen effusione, infert maiore iniuriā marito, quam oscula, amplexus, & tactus habita cu vxore: ergo si per oscula, amplexus, & tactus datur causa diuortij, potiori iure debet dari per copulam sodomiticā. Explicatur hoc: magis laedit matrimonium, & maiori infamia afficitur maritus ex eo quod vxor eius habeat accessum sodomiticum cu alio viro, quam quod osculetur ab illo, & amplectatur; sed oscula habita ab uxore cum alio viro infert veram diuortij causam, vt facetur Sanchez: ergo, &c. Adde quod per quid magis denegari mariti fama potest, & honor eius vilipendi, quam quod vxor eius cum alio habeat copulam sodomiticam, etiam non consummatam, si sit cum vasis penetratione?

2. His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez, & aliorum tenet nonnullimē Castrus Pal. *tom. 5. diff. 3. punct. 6. §. 1. n. 2.* vbi sic ait: nomine adulterij, ratione cuius diuortium celebrari ab innocentie possit, etiā aliqui censuerint solam copulam naturalem cum alieno viro, vel femina esse intelligentiam, communis sententia defendit sodomitā, & bestialitatem intelligi; quia his criminibus caro coniugis in alienam dividitur, contra matrimonij fidem. Debet autē sodomia, & bestialitas completa esse, id est cum semen effusione, alia non perficit in alienam carnem effet diuotio, neque consummata iniuria, neque sufficiens diuertenda causa. Quod à fortiori procedit in tactibus turpibus, pollutione, & secum tantum, siue cum alio, vt adiutunt omnes Doctores. Ita ille, cui etiā addit Martinus Perez *de matr. diff. 5. 6. c. 2. n. 8.* Præposit. *in 3. p. 9. 5. de insol. matr. dub. 12. n. 94.* Hurtadus *disp. 11. diff. 2. n. 8.* Quod confirmatur ex communi sententiæ omnium Doctorum dicentium, non esse bigamum, vel irregularem, si prior vxoris, aut femina quam dicit, sit cognita sola copula extra vas, aut sodomitice. Quia tunc non est diuotio carnis sua in plures intra naturale vas aptum ad generationem: ergo idem dicendum est respectu diuortij, tametsi sodomia, & brutalitas sint horrenda crimina; idēc non dare causam perpetui diuortij, quia verē per illa non dividitur caro iuxta naturalem usum aptum, & idoneum generationi.

3. Non est igitur recedendum à sententia negativa, quidquid alferat Texeda, qui etiam animaduerte debebat opinionem Basilij Pontij *de matr. lib. 9. cap. 16. n. 5.* qui iudicat sibi verius, nec peccatum nefandum, nec brutalitatem esse causam perpetui diuortij. Probat, quia cum diuotio carnis in plures dicitur in iure esse causa diuortij, de ea intelligentum est, quæ iuxta viam naturalem est. Idque probat, quia ea divisione inducitur in lute Bigamia, & irregularitas. At nullus turpis coniunctio extra naturale vas bigamiam, & irregularitatem inducit ex bigamia ortam, vel vera, vel similitudinaria, vt manifestum est. Igitur tantum diuotio carnis, quæ iuxta naturalem viam est, adulterij nomine intelligenda est. Et Molina de Ins. *tom. 4. tr. 3. disp. 9. 5. n. 8.* assertit copulam sodomiticam habitam cum quadam terio, etiam si consummata sit, non carere probabilitate maxima, non inducere causam diuortij, maximè si vxor passuē se habeat in illo actu cum alio à marito suo. Sed sententia Sanchez est tenenda.

4. Hinc ex dictis colligitur non esse audiendum Texedam *loc. cit. n. 19.* assertent dari veram diuortij causam marito, cum cuius uxore aliis pollutionem habuit inter crura, ipsa volente & consentiente; & idēc si maritus proberet factum, potest iure optimo intentare diuortium, & inde illam à se repellere. Ra-

Sup. hoc in  
Ref. not.  
præterita.  
§. Quod si.

R. 3. tio